Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

[S.l.], 1721

L. 1

urn:nbn:de:bsz:31-127314

Visual Library

Sectio 6.

De Venerabili & Tremendo Missae Sacrificio

Q. 1.

Quid sit & cur dicatur Missa, Nec non an sit verum Legis gratiae Sacrificium.

Notandum 1.º sacrificium esse actum & quidem eximium virtutis religionis, cuius quidem virtutis religionis finis est, actus hominis ordinare ad Deum cum iuncta excellentissimo & indefectibili proprium, quod nulli alteri virtuti convenit. Ipsa enim religio excellentiam Dei suis actibus adoratione & sacrificio speciali quodammodo protestatur. — quis actus virtutis sit sacrificium?

N. 2. Dico: sacrificium latius & improprie nominari potest quaeque actio etiam interna & mentalis ad cultum & honorem Dei facta, ut sui ipsius resignatio & oblatio unde non solum psal. 5. dicitur: sacrificium Deo spiritus contribulatus &c. sed etiam Rom. 12. — Sacrificium latè.

186 hortat. Apost. dicens: obsecro vos
ut exhibeatis corpora vestra hostiam

1. Nil omnino sacrificium ab omnibus populis &
gentibus ipsis sensibilis lege divina excel-
lentiae & nos strictioris protestatio,
sic quae ratione consideratum sacrificium dicitur
S. Doct. 2.2. q. 85. a. 1. est etiam de
ipsa lege naturae. Et suadetur ex hoc,
quia in quo conveniunt omni tempore omnes gentes
quantumvis rudes & barbarae, recte dicitur
esse de jure naturae; atqui honorare Deum
non sacrificiis omni tempore apud omnes gentes
quantumvis rudes & barbaras erat in
usu quod &c. Jam quid sacrificium sit sumptum

Quid sacrificium late sumptum.

est strictè: Oblatio externa rei sensibilis
per immutationem Deo facta in signum ejus
supremi Dominii in cunctas res
creatas, & nostrae protestationem stric-
tioris ita in re omnes.

Quot? quid sacrificium cruentum & incruentum.

N. 3. Dein sacrificium dividitur in cruentum
& incruentum, cruentum est, quo Christus
se ipsum Deo Patri in ara crucis pro
totius mundi salute semel obtulit.

Incruentum vero est, quod velut nov. testam.
in ultima cena sub speciebus panis et vini
instituit, illudque a sacerdotibus in sui me-
moriam offerri praecepit dicens: Hoc facite &c.
Utrumque etiam sacrificium cruentum et incruentum
expressum in Script. Veteri. Cruentum nempe
in immolatione reali animalium in sacerdotio
Aaron; incruentum vero in oblatione panis
et vini in sacerdotio Melchisedech.
N. 4. Sacrificium incruentum vocari et appellari
Missa, et a voce Hebraica Misach quod — Missa quid significat.
significat oblationem et munus voluntarium Deo obla-
tum; vel quia sumitur pro dimissione populi,
adeoque exterius inde sonat, ac vox dimissio
ex eo forte rei nomen hoc impositum,
quia in fine ejus a Diacono populo
dicitur: Ite Missa est; unde etiam S. legislator
noster in sua Reg. frequenter dicit et Missa
fiunt, finem orationis insinuans.
Vocatur etiam Missa more apud graecos
liturgia, vel etiam fractio panis, pa-
nis supersubstantialis &c quae appellationes
Missae respiciunt vel ut sacrificium, vel

Defin. Missae ut sacrificii.

ut est Sacramentum. Missa ut sacrificium expli-
cari potest: Actio religiosa divinitus in-
stituta per quam in signum protestationis supre-
mi Dei dominii in omnes nos creaturas
neque subiectionis per consecrationem corporis
& sanguinis Dni Jesu Christi cruente pro nobis
oblati eadem oblatio sub speciebus panis &
vini recolitur, idque corporis & sanguinis
Dni aeterno Patri in pura hostia
incruente offertur & sumitur ita in-
ter omnes.

Missa est verum & unicum leg. n. sacrificium.

Assert. Missa est verum & unicum leg. no-
vae sacrificium, aequivalens omnibus antiquae legis
sacrificiis. est de fide novissime definitum in

Trident.

concil. Trid. sess. 22. cap. 9. & can.
1. ubi si quis dixerit in Missa non
offerri Deo verum & proprium sacrificium
aut quod offerri non sit aliud, quam nobis
Christum ad manducandum dari: anath.
sit. eadem veritas exprimitur in ipsis
apostolicis canonibus can. 3. 8. & 9. item

Ex can.

in variis conciliis de quibus poterit vi-
deri Bellarm. c. 1. lib. 1. Nos sent. of-

„Summus illud S. Andreae dictum in vita Ego immaculatum agnum quotidie in altari offero, cujus carnes, postquam omnis populus credentium manducaverit, agnus qui immolatus est, integer perseverat et vivus, ita ille. Eadem veritas probatur ex Veteri Script. test. Malach. 1. ubi Propheta dicit: Ab ortu enim solis, usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda, ubi Propheta, Sdm vero interpretes, praedixit sacrificium, quod debebat succedere sacrificiis Judaeorum, et in toto orbe terrarum esset offerendum, sed nullum aliud est sacrificium, quod successerit sacrificiis Judaeorum, et offeratur in toto orbe terrarum praeter sacrificium Missae: quod etc. Neque dicant haeretici Prophetam loqui de sacrificio invisibili et spirituali. nam contra est, quod propheta loquitur de sacrificio succedaneo sacrificiis Judaeorum, quae erant sensibilia: non est quod ratio, quod non similiter agatur de sen-

189

S. Andreas

Malach. 1.

190 „sibi & operae sti sacrificii, contra-
„rium quod in scripturis sacrificium perpetuum nun-
„quam desinet, & sine addito dicatur sacrificium, si-
„cut in loc. cit. propheta ait. Huic lo-
„co addi potest illud Daniel. 8. & 12.
Daniel. „ubi praedicitur Antichristus ablaturus
iuge sacrificium; atqui hoc non potest intelligi nisi
de sacrificio Missae, nam non erit aliud.

Quod de... Potest aperte a nobis in ex confessione
Calvini & Lutheri, quod concedunt totam
Ecclesiam Missam pro vero sacrificio reco-
„gnovisse saltem a temporibus Greg. I. usque
ad sua tempora, adeoque per mille circiter
annos. Ex hoc quo hoc formatur dilemma,
vel tota Ecclesia Christi per tot saecula potest
errare, quod constanter ... ea Missa sacrifi-
„cium esse asseruit, & per totum orbem
servari iussit, vel certe decepti sunt
Calvinus & Lutherus; atqui nemo sanae
mentis credere potest, Dominum dilectam
sponsam suam Ecclesiam, quam suo sanguine
mundaverat, in tam foedo errore per
tot saecula detineri permisisse; hoc enim a-

portæ derogat & pieti & veriti Dei
pieti, quia sponsæ suæ n̄ malis assulit,
veriti, quia usque ad finem mundi ~~Christo~~ Christo
suo adesse promisit, ne portæ inferi
prævalerent adversus eam. cur tot ipso
permitterte tot seclis q. hunc errorem
portæ inferi ei omni dominabuntur
relinquit quo ipso Calv. & Lutherus depti sint.
Pbt. sacrificium est oblatio rei sensibilis per
immutationem Deo tanquam supremo Dno &c.
atqui Missa est oblatio huiusmodi rei sensibilis
quo &c. Maj. est definitio sacrificii. min. vero
pbt. Est quidem Missa oblatio ut ipse fatetur,
et quidem rei sensibilis n̄ quidem ratione
sui sed ratione specierum sub corporis &
sanguinis Dni, quorum sub speciebus continetur
et quidem Deo ut supremo Dno &c.
ideo enim a catholicis missa celebratur,
ut in ~~ea~~ supremi Dei Domini & in
subiectione suæ protestentur, fit enim
mystica hostiæ immutatio in qua vi
verborum sub speciebus panis ponitur
solum corpus, & vini solum sanguis

adeoque modo mortuo & quasi separ-
rando corpus a sanguine; quo &c.
4to In lege gratiae est verum sacerdotium: quia
est verum sacrificium, quod est Missa, quia sacerdo-
tium a Christo erit datum omnibus gentibus populis
& linguis. ant. expresse habetur in Epist.
ad Hebr. c. 7. et 9. ubi ostenditur
sacerdotium Leviticum esse translatum &
sacerdotium Christi esse longe excellentius
esse.

Resp. 2. pars assert. sacrificia vet. legis
erant 4plicis differ., alia scilicet erant
latreutica, alia Eucharistica, alia
propitiatoria & alia impetratoria
atqui etiam sacrificium Missae est et la-
treuticum Eucharisticum propitiatorium
& impetratorium; quo &c. maior probatur
Missae sacrificium offertur in protestationem su-
premi dominii Dei & nostrae servitutis
& sic est latreuticum. 2do offertur in
gratiarum acceptione actione pro benefi-
ciis nostris receptis & sic est Eucharisti-
cum, offertur in satisfactione & expia-
tione peccatorum tum sacerdotis tum populi
&c. & sic est expiatorium seu propitiato

rum: & 4to deniq; offertur pro gratiâ
Deo acceptandis & hinc ē impetratorium.
igitur SS. Missae sacrificium fit ē latreuticum
propitiatorium Eucharisticum & impetratorium;
consequenter aequivalet oibus vet. legis sacrificiis. Obiectiones
Obiectiones hoc retuntur sunt potissime sequentes.
1a obiectio: n. [illegible] idem fit ē sement
et sacrificium; atqui Eucharistia ē sementum: ergo
n. ē sacrificium. M. hic probat Luth. in lib.
de Missa privata: sacramentum Eucharistiae Deus
aliquid nobis donat; per sacrificium nos Deo
aliquid reddimus: atqui n. est idem fit
donari & donanti reddi: ergo &c.
R. n. M. cum m. huc obiectionis: nullatenus
enim expugnat, ut quod a Deo accepimus
Deo denuo reddamus iuxta illud paralyp.
1. c. 29. Tua sunt oia, & quae de manu
tua accepimus dedimus Tibi. Dño;
ansatre hoc nimis probari: quod nihil;
excludit enim oe sacrificium etiam in vet.
leg. cum & illud quod & ibi offerebatur
a Deo erat acceptum, quidem probat hoc
quod n. acceperit a Dño. ergo dist. M.
n. est unum & idem fit ē sementum &
sacrificium sub eadem roe conced. M.

194 sub diversa consideratione & ratione neg. M.
& similiter dist. min. subjective non substan-
& idem sit, est datum & redditum sub ea-
dem ratione conced. sub diversa considera-
neg. m. licet eadem Eucharistia, idemque
Christus in ipsa sit, non tamen repugnat
hanc eandem Eucharistiam considerari ut
signum gratiae nobis dandae, & ut Vi-
ctima sub. aeterno Patri imolandam,
idque sit & fit, quia est diversa con-
sideratio, quae omnem repugniam excludit.

O. 2. In sacrificio Deo aliquid donatur, sed
in Missa Deo nihil donatur, panis enim
& vinum oblatum ab ipso sacerdote ab-
sumitur, quae Missa non est sacrificium. Ratio mi-
noris confirmari potest hoc argumento, cum etiam in
vet. lege ea, quae offerebantur Deo ab
ipsis consumebantur, adeoque si consumptio
rei impediret rationem veri sacrificii, sequitur
quod neque in vet. leg. fuisset verum sacrificium
quod tamen est contra scripturam. R. 2. neg. min.
Substantia ipsa enim, quae a sacerdote absumitur
Deo donata est, & in honorem Dei ab-
sumitur. Ad confirm. dist. m. nil donatur
Deo effective con. m. affective est

oēs cardines terræ, nil donatz affecti-
vā neq. m. absumptio a nō vitiat
& manent affectivā donaōē.
Q. 3. Utq. e sacerdos in ætnū: qd nullq
in sacerdotio illi succedit: Ybbz cons.
ideo dicit apost. hebræo 7. in vet.
leg. plures erant sacerdotes, quia mor-
te prohibebantur permanere: atq. Xtq. eo
qd maneat in ætnū, sempiternū hēt
sacerdotiū: igitz præter Xtū alius
sacerdos n̄ ē admittendq. Confirmatur
quia Xtq nō amplius offerat sibi oblatz
in ara crucis: nullatenq erit aliud
sacrificiū admittendū. R. item retorq.
argtū etm ex ore Dni, unq tu ē
Magister vestq Xtq, & tn̄ hæretici plu-
res sibi assumunt magistros scripturæ
expositores aut potiq depravatores.
R. 2. conc. ant. & dist. cons. qd nullq
in sacerdotio ei succedit tqm sacerdos
principalis & auctoritatis conced. tqm
sacerdos ministerialis neg. con. Non
enī nō repugnat unitati sacerdotii
Xti plures ħre in terris ministros
qui vice ipsiq visibile offerrent sacrificiū

196 Unde et apost. 2. Corinth. 5. ait:
Pro Christo legatione fungimur tamquam Deo
exhortante per nos.
Obj. 4. Sacrificium Missae a sacrificio crucis in-
numeratur: quia illud hoc non suscepit sacrifi-
cium pro peccatis totius mundi, sed
egeret insuper alio quam sacrificio.
quod etc. Respondeo quod tunc solum illa obj.
forte locum haberet, si missa sacrificium
esset substantialiter diversum a sacrificio cru-
cis, non autem cum missa est sola recollectio
et memoria ejusdem sacrificii in modo tamen
differens; quia illud cruentum erat,
hoc vero incruentum: igitur non. Missae sacrifi-
"co non ideo celebrari in Ecclesia sacrificium
Missae quia sacrificium crucis suscepit infir-
mum, sed ut juxta praeceptum Domini Hoc fa-
cite in meam commemorationem, illud
ipsum sacrificium, quod ipse in ara crucis
cruentum obtulit, Ecclesia Christi in memo-
riam ejus quotidie offerret incruentum
quod illud sacrificium illius sacrificii [illegible]
"[illegible] [illegible] applicaret. unde recte
Trid. Sess. 22. can. 4. dixit: si quis
dixerit blasphemiam irrogari etc. Christi sacrificio

in cruce parto per Missae sacrificium, aut
illi per hoc derogari: anath. sit.
C. 5. Apost. Hebr. 9 & 10. ostendens
quomodo sacrificia vet. leg. differant à sacri-
ficio crucis in quantum unicum hoc emundat
a peccatis illa vero non, denique concludit,
quod una oblatione consumavit in sempiternum
sanctificatos: hoc autem non subsisteret, si praeter
illud crucis sacrificium aliud altaris sacrificium
necessarium foret. R. eodem modo sicut
nempe Sacrum Missae sacrificium non est aliud
substantialiter sacrificium a sacrificio crucis, sed
hujus virtutis & sacrificii applicationem.
C. 6. nemo sibi sumit honorem sacerdotii
nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron, atqui
nemo praeter Christum vocatur, ergo sacerdos
nullibi enim hujus sacer. vocationis in
S. Scriptura fit mentio. quod &c. R. n.
m. Item Apost. à Christo vocati &
constituti sacerdotes, & ab apostolis
reliqui dignitatem sacerdotii acceperunt,
unde recte Sac. Trid. cit. Sess. c. 2. ait
si quis dixerit illis verbis, Hoc
facite in meam commemorationem Christum
non instituisse apostolos sacerdotes, aut

198 non ordinasse ut ipsi aliique sacerdotes
offerrent corpus et sanguinem suum. Contra.
Sed si quaererent, ubi scriptura
sacra horum ordinationis meminerit, dico in
multis locis et maxime Luc. 22. Hoc
facite etc. et Joan. 22. Sicut misit
me Pater etc. priori enim loco ordi-
navit Dominus apostolos sacerdotes, alt-
ero vero loco dedit eis ordinandi
potestatem.
Q. ultro. si missa est sacrificium, Christus toti-
es moreretur et occideretur, quoties hoc
sacrificium peragitur, atqui hoc dici non potest.
Christus enim semel mortuus iam non amplius
moritur quia etc. Scripta [illegible] ad Heb.
quod in sacris hostiae [illegible]. R.
Dist. M. si missa est sacrificium substantialiter
diversum a sacrificio crucis, Christus toties
moreretur, quoties hoc sacrificium peragitur
Trans. si vero est repetitio cruenti sacrificii
[illegible] toties moreretur et occideretur
physice et realiter neg. M. Mystice
et significative con. M. et dico, quod ter
[illegible] ille loquitur de morte reali, quod
Christus non moritur amplius, non autem de morte
mystica.